



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Phosphorvs sive Ioannes Baptista nativitas, vita, mors**

**Cabilliau, Baudouin**

**Lovany, 1642**

Imago 22. Christum sonat amnis, & omnis arundo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70001](#)

1. Organum hydraulum in margine
2. Fontis, è quo
3. Agnus bilit, cui
1. Ioannes ad aquas Salim & Ennon, ubi
2. Aqua Baptismi
3. Christus Deus homo sese abluit, & forte etiam bilit.

**P**lectra vibrant. Subit vnda, sona tuba læta per vndas.  
Agnus adest, Agnum, dum bilit, vnda canit.

1. Organum. Tale est videre Tiburi, & Bruxella  
in aula Principis quod aquæ adfluentis impulsu, plectro-  
rum numeroſo tactu, & tuborū per aquas impulse spi-  
ritu, varioſ eosque ſuaves numerorum figurat modos.

Ioannes ad aquas Baptismum, & una  
Christi nomen celebrat.

Imago 12.

*Christum sonat amnis, & omnis  
arundo.*

1. Fons monte ſalit, è quo
2. Riuſ deſluens efficit
3. Lacum, in quo enat&
4. Arundines ad
5. Zephyri auram, reſonant,
6. Christum.
1. Christus è quo
2. Gratia baptismi dimanans conficit

3. Sacrum

- 33
3. *Sacrum lauacruis, è quo renati*
  4. *Homines prius instabiles, à*
  5. *Spiritu sancto edocti, profitentur*
  6. *Christum, & Christi fidem.*

### *Anacreonticum.*

**D**E fonte qui perenni  
Riuus fugit, ceditque,  
Mendicat hinc fugaces  
Et usque, & usque lymphas.  
Quae Naiados, Palisque  
Pascat sitim, famemque.  
Aut in lacum resorbet.  
Frequens arundo Nympha  
In frondeam coronam  
Viret, viret per undas.  
Sed vox arundinetum  
Dum personat perenni  
Vox administrata Verbo  
Identidemque Christum  
Recantat has ad undas;  
Ad hanc & ipsa vocem  
Nunc erudita discit,  
Arundo & hinc, & isthinc  
Loqui diserta Christum.  
Loqui diserta Christum.  
Canora quæ videntes  
Comas in ora mutat,  
Blandis ubi flabellis,  
His insusurrat aura,  
His insusurrat aura.  
Vale Mida, valete  
Aures Midæ, valero  
Syrinx inane nomen,  
Arundo vox inanis  
Inanibus sub auris.

F ij

Nesc

24

Nunc hoc arundinetō  
Felix hōnos aquarūm,  
Cālique amor sonabit,  
Hīc voce sub magistrā  
Christum suum magistrum,  
Christum suum parentem,  
Has qui dicat perenni  
Sacras aquas saluti.

## A D C H R I S T I A N V M.

### Iambicum & Anacreonticum.

V Ox vna Christus personat  
Lacus, arundinesque,  
Eauonijque sibila  
Argutat aura Christum.  
Si discit & Christum loqui,  
Sonatque arundinetum.  
Quis nesciat nunc eloqui  
Christum cliens canorus?  
Et nunc pudor prō impudens!  
Ad has silebis vndas?  
Bruti puder silentij  
Pigetque. Tam nefandum  
Ergo silebo dedecus,  
In improbi dolorem,  
An in pudorem? quem decet?  
Decus loqui Tonantis.

### N O T Ā.

a Vbi tondet Minister Regius Midas regis caput;  
deprehendit in eo auriculas asini. Is ergo se se  
abdit in arundinetum, & indidem exclamat: Auri-  
culas asini Midas habet.

b Syrinx Virgo ubi fugit ad amnes sui pudori  
struetas insidias; in arundinem mutata fuit.

Ioannes

Ioannes ad aquas Salim omnes mortales ad pœnitentię studium impellit,  
qui ob id Baptismum expetunt.

*Emblema 23.*

*Vox Domini super aquas. Ps. 38.*

1. Caput inter alas Cherubim
2. Ventulum proflans. Sub quo
3. Fonticulus rotundus commouetur, &
4. Circulos rotundos agit.
1. Ioannes
2. Concionans, unde
3. Oculus mouetur ad lacrymas. Vel
4. Aquæ Salim mouentur perpetuò pœnitentium concursu & motu.

*Asclepiadaum.*

Indormis placido Nympha silentio,  
Et læcum vitro pumicat æquore  
Marmor, fluctuonique immemor Æoli,  
Vernos semper agit dies.  
Sin autem tacitis appulit aduena  
Stagnis forte sonor; tum residem ciet,  
Ceu ventus, rapidis Naiada fluctibus,  
Queis fons æstuat inquies.  
Sic tranquilla diu dum vada personat  
Vox, Ennon riguis quæ madet imbris,  
Riuos mobilibus feruere cerneres,  
Queis tingunt populos, aquis.  
O quæ nobilibus gloria fontibus  
Hac de Voce, Deum quæ sonat, adfluit!  
Est cur inuidet Nylus & aurifer  
Ganges, Naiadum decus.

F. iii

*NOTÆ.*